



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

90 Impedimentum publicae honestatis cum mente capta, an contrahatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

cler. conjug. gloss. in cap. questum, de 90  
perit. & reniss. & Covar. in 2. par. cap. 7.  
§. 3 num. 1.

87 Nonò, † ligamen, quòd est vinculum  
prioris matrimonij, quia qui habet uxo-  
rem, est adeò eidem alligatus, ut alteram  
mulierem in matrimonium ducere non  
possit, c. 1. & c. fin. de spons. duo. Quod, &  
verum est, etiam si præcedente fama mor-  
tis mariti, mulier cum alio contraxerit,

88 quia non sufficit † fama, nec lapsus tem-  
poris septem annorum, donec per certum  
nuncium constet de morte viri, auth. hodie,  
C. de repud. auth. ut lice. matr. & au. §. quod  
autem. col. 8. c. in præsentia, in fin. de spons. sal.  
& c. Dominus, de sec. nupt. Et secundo ma-  
trimonio contracito sine certitudine mor-  
tis prioris viri, & postmodo constito de  
vita prioris viri cum secundo, est adulte-  
rium, & mulier cum priori reverti tenetur,  
c. cum per bellicam. 34. qu. 2. & c. Dominus,  
in fin. de sec. nupt.

89 Decimò, † publicæ honestatis iustitiae  
impedimentum, quod oritur inter fratres,  
ne frater cum illa, quæ fratri etiam præ-  
mortui sponsa fuerit, per verba de præsen-  
ti, vel de futuro matrimonium contrahat,  
c. unatantum. §. i. onnes. 26. dif. cap. si quis  
desponsaverit, & ibi gloss. 27. quest. 2. cap.  
ad audientiam. de spons. & Covar. epist. in 4.  
lib. decret. 2. par. cap. 6. §. 2. & pluribus aliis  
casibus de jure communi oriebatur  
impedimentum publicæ honestatis, ut 93  
per Covar. ubi supra sed hodie, ut spon-  
salia per verba de futuro sunt invalida, pro-  
ut inter impuberis, non impediunt, & ubi  
sunt valida, primum gradum non exce-  
dunt, conc. Trident. in c. 3. de reform. ma-  
trim. less 24. & Nayar. de sacram. matr. c. 22.  
nu. §. 7. p. 47. 3.

Habentur etiam pro invalidis † sponsa-  
lia contracta cum ea, quæ insente capta  
non potest contrahere matrimonium, quæ  
non inducunt impedimentum publicæ hon-  
estatis, quominus, qui promisit eam du-  
cere in uxorem, cum forore germana men-  
te captæ matrimonium contrahere possit,  
dummodo carnalis copula non fuerit secuta,  
ut in decis. congreg. sacri conc. super eod.  
c. 3. sub tit. Legionem.

91 Matrimonium † verò inter puberes per  
verba de præsenti contractum, carnis copula  
non secuta, est verè matrimonium,  
quod non concubitus, sed solus consensus  
facit, cap. 2. & 3. 27. quest. 2. & cap. cum lo-  
cum. de spons. & copula non secuta, tantum  
inducit impedimentum publicæ honestati-  
s, ut infra dicetur.

92 Circa enim dictum impedimentum † ju-  
stitia publicæ honestatis sacra congregat,  
conc. consultis etiam aliis Theologis, &  
canonistis, censuit ex matrimonio contra-  
cto per verba de præsenti, non tamen con-  
summato, non proveniente impedimentum  
affinitatis, sed justitia publicæ honestatis,  
nec comprehendendi decreto, dicti cap. 3. quo  
restringitur impedimentum publicæ hon-  
estatis proveniens ex sponsalibus de futuro  
ad primum gradum, neque tollitur impe-  
dimentum hujusmodi, sponsalibus dissolu-  
tis mutuo consensu eorum, qui contraxe-  
runt. conc. super eod. c. 3.

93 Quod autem † matrimonio rato, & non  
consummato oriatur impedimentum pu-  
blicæ honestatis probat text in cap. ult. 35.  
quest. 3. & cap. discretionem, de eo, qui cogn.  
confess. uxor sua. Affinitas enim est pro-  
ximitas personarum, ex coitu proveniens  
omni carens parentela, Host. in sum. de af-  
finit. numer. 1. Covar. super 4. decret. par. 2.  
gap.